Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8456
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Ascendunt montes et descen
dunt campi in locum quem funda
sti eis Terminum posuisti quem
non transgredient neque conuer
tent operire terram Qui emit
tis fontes in conuallibus inter
medium montium pertransibunt aque
Potabunt omnes bestie agri
expectabunt onagri in sitim suam
Super ea volucres celi habi
tabunt de medio petrarum da
bunt vocem Rigans montes
de superioribus suis de fructu
operum tuorum saciabitur terra
Producens fenum iumentis
et herbam seruituti hominum
Ut educas panem de terra
et vinum letificet cor hominis
Ut exhilaret faciem eius
in oleo et panis cor hominis con
firmet Saturabuntur ligna
campi et cedri libani quas
plantauit illic passeres in
dificabunt Herodii domus
dux est eorum montes excel
si cerui petra refugium
hermacius Fecit luna in
tempora sol cognouit occasum
suum Posuisti tenebras et
facta est nox in ipsa pertransibit
omnes bestie siluae Catuli le
onum rugientes et quarant a
deo escam sibi Ortus est sol
et congregati sunt et in cubi
libus suis collocabunt Ex
ibit homo ad opus suum et ad
operationem suam usque ad vesperam
Quam magnificata sunt opera
tua domine omnia in sapientia feci
sti impleta est terra possessio
ne tua Hoc mare magnum
et spaciosum manibus illic re
ptilia quorum non est numerus
Animalia pusilla cum mag
nis illic naues pertransibunt
Oratio iste quem formasti
ad illudendum ei omnia a te ex
pectant ut des illis escam in
tempore Dante te illis colli
gent apiente te manum tuam
omnia implebunt bonitate
Auertente autem te faciem tui
babunt auferes spiritum eorum
et deficient et in puluerem
suum reuertent Emitte spiritum
tuum et creabunt et renoua
bis faciem terre Sit gloria domini
in secula letabitur dominus in operibus
suis Qui respicit terram et
facit eam tremere qui tangit
montes et fumigant Can
tabo domino in vita mea psal
lam deo meo quamdiu sum
Iocundum sit ei eloquium

A vt rapiant